



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

10 Habitus Collegialis Aduocatorum Consistorialium descriptio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

tatem , quam obtinet à Sede A-
postolica, vt illa singulis intuen-
tibus appareat etiam per talem
incessum togatum , prout in his
ferè terminis arguit glof. in c. ut
apostolice 6. V. dignitatem ante
finem vers. & nota De Priuileg.
in 6.

Habent * quoque Aduocati 9
Consistoriales habitum pro-
prium , nempe paludamentum
violaceum cum ornamentis, &
confutacionibus purpureis , quo
vtuntur in Consistorijs tam pu-
blicis , quam secretis , in Con-
ciliis Generalibus , Capellis ,
Processionibus & Equitationi-
bus Pontificijs , tam præsente ,
quam absente Romano Pontifi-
ce , in disputationibus Audito-
rum

rum Rotæ , ac propriis , cœterisque omnibus actibus , in quibus collegialiter interuenire solent , idest vestem laneam violaceam caudatam , ac vndique consutam , apertamque dumtaxat à capite , vt inde possit indui , & ab utraque parte sub humeris , gratia exerendi brachia cum fascijs olosericis purpureis , tam intus , quam in marginibus triplicis aperturæ , quarum superior paruula fibula colligatur , & Caputium eiusdem materiæ violaceæ cum interiori tegumento oloserico purpureo , cui hyberno tempore superimponuntur pelles candidæ variorum ; nam in Consistorijs , Capellis , cœterisque fun-

functionibus Pontificiis huius-
modi Caputum inuersum in
ea parte , qua adsunt pelles , ac
tegumentum olosericum , cir-
cumvoluitur collo , adeo ut e-
tiam pectus , ac tergum coope-
riat , quod pariter assertur in
Cœrimoniali Romano lib. 3.
sect. 3. cap. 3. De Auditore , &
Correctore ibi. Aduocati vestibus
&c. fol. 135. & lib. 1. sect. 4.
cap. 4. Processio Pontificis , &
Cæsaris per Vrbem fol. 27. &
sect. 12. cap. 1. Ordo quomodo
Papa equitat in Pontificalibus
vers. Aduocati fol. 50. à tergo ;
In aliis verò functionibus , siue
publicis , siue priuatis , quibus
Collegialiter intersunt , dictum
Caputum non apertum , sed
clau-

80 CAPVT

clausum imponitur utriusque humero, & fibula necatur super pectus, ita tamen, ut brevior pars illius sit à dexteris, longior à sinistris, cuius habitus etiam meminit Cohellius de *Notitia Cardinalatus*, cap. 65. pag. 273. sub vers. quibus addē.

Notandum tamen erit Primo, quod si Aduocati associentur Papam non equitantem in Pontificalibus, deferunt eundem habitum cum caputiis non apertis super humerum sinistrum, ut legitur in codem Cœrimoniali dicto lib. I. sect. 12. cap. 2. ordo cum Papa equitat ad aliquam Ecclesiam religionis gratia, sive ad alium locum, & non in Pontificalibus fol. 51. Verum hoc

hoc nunquam hac ætate usurpatum fuisse vidi.

Secundò. Quòd * in Coronatione Summi Pontificis super dictas vestes violaceas habent pluviale cum apertura super humerum dexterum, & almutiam super sinistrum, quo etiam induit laudes faciunt eidem Pontifici in Confessione propè corpora Apostolorum vñà cum Priore Cardinalium Diaconorum, Subdiaconis, & Auditoribus Rotæ, sicut habetur dicto Cœremoniali lib. 1. sect. 2. fol. 13. à tergo vers. Secretarij, & Aduocati iuncto folio 16. à tergo vers. dictis orationibus, & in Pontificali Romano tit. De consecratione, & Corona-

F tio-